



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

4. Decembris. Pridie Nonas.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

426 A N N I C I S T E R C I E N S.

riar morte justorum: quod certò futurum
est, si nunc vixero vitam justorum.

S. B E R N A R D U S, s de SS. Pet. & Paul

Vivere Studeamus, fratres, vivere vitâ justo-
debet rum, sed morte illorum mori multo
sanctè magis desideremus. Sapientia enim
sanctè mori- justorum novissima præfert, ibi nos ju-
turus dicans, ubi nos invenerit. Omnia no-
ceſſe eſt, vitæ præsentis finem furro
cohærere principio, nec tolerabilis diſ-
ſimilitudo eſt.



4. Decembris. Pridie Nonas.

Floruit B. CHRISTIANE, Lubaviæ Apo-
stole: qui jussu Innocentii Pontifi-
anno 1227. cis ad barbaros illos rudēſque populos
Evangelii disseminandi gratiâ profe-
ctus, intrâ paucorum annorum spaci-
um innumeros ad ovile Christi addu-
xisti. Ejusdem deinde Sedis authorita-
te thronum Episcopalem Culmensem
primus erexit. Cùm verò finitimæ
gentes tibi tuisque grave bellum mi-
narentur, Poloniæ Regem, aliósque
Principes ad societatem armorum in-
citâsti: quorum ope, & miraculorum
splendore totam illam provinciam à
superstitionis errore immunem reddi-
disti.

disti. Converte cor meum in terram optimam, ut recipiens Verbi Divini semina, fructum plurimum afferat in patientia.

B. JOANNA, Conversa Bellopra-
tensis: quam dum parentes genere no- anno
biles Abbatissæ traderent, sedulò pa- 1240.
Et sunt, ne ad munia unquam adhibe-
aris, quæ stemmati possent esse dede-
cori. Tu verò Christo potius quām il-
lis placitura, votis solenniter emissis Humi-
non alibi majores delicias invenisti, litatis
quām in functionibus abiectissimis. mirè
Hujus tuæ demissionis præmium sanè studio-
nobilissimum cuidam piæ virgini o- sa.
stendisti, post obitum gloriosè illi ap-
parens, gestansque in dito annulum,
cujus rutilantem gemmam asserebas
datam tibi in specialem humilitatis tu-
æ gloriæ. Mirandum magis an mi-
serandum est cor humanum, quod post
Christi & Sanctorum exempla innumera
superbiæ dedisce, & amare humilita-
tem nescit: cum hæc sit via ad vitam, alte-
ra ad mortem, utrobiusque æternam?

S. BERNARDUS, s. i. de Circumc. D.

Qui peccatum non fecit, non dedita- Chri-
tus est se peccatorem reputari: nos & stus ex-
esse volumus, & nolumus estimari. I-emplū
tane sano opus est medicina, & non litatis.
potius malè habentibus? 5. Dec.